

(2) De Indumentò pallioque *repete* v. 18. 19.

USUS E VERSU XXX.

(1) De laudibus Domini *vide præc.* II.

(2) De congregatione multorum *agitur in L. de Ecclesia.*

A

USUS E VERSU XXXI.

(1) Assistentia Dei *superat universa mundi præsidia.*

(2) *Salvat idem è malis omnibus.*

(3) *Judicia Judicesque mundi non metuenda animabus piorum : Matth. X, 28.*

PSALMI CX. DISPOSITIO.

Christus ad dextram Patris. Dominans in medio inimicorum.

Statitur hîc Messias, tanquam I. REX: ubi (1) persona constituens, Jehova Pater; (2) constitutio, per dictum divinum; (3) persona constituta: Adon, Dominus, & simul Filius Davidis: (4) regnum: sede ad dextram meam; (5) consequens: ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. vers. 1. (6) regiminis initium: [vel si lubet, considera hîc Messiam II. tanquam prophetam, cum sua doctrina & auditoribus, &c.] sceptrum robustum è Zion emittendum: (7) regiminis progressus: dominare in medio inimicorum tuorum: vers. 2. (8) Subditi: populus proprius: spontaneus: die pugnae promptus: san-

ctè ornatus: instar voris matutini numerosus: vers. 3.

II. tanquam SACERDOS; & quidem constitutus (1) à Deo ipso: (2) vi juramenti seu decreti immutabilis: (3) in æternum: (4) secundum ordinem Melchisedeki: v. 4.

III. tanquam VICTOR: ubi (1) victoriæ autor, Dominus à dextris tuis: (2) tempus: in die iræ suæ: vers. 5. gentes judicatae (3) victoria: ubi reges percussi: cadavera prostrata: caput super terram magnam concussum: vers. 6. (4) antecedens victoriæ: bibitio è torrente ad viam: (5) consequens: exaltatio capitis: v. 7.

PSALMUS CX.

EXPLICATIO VERSUS I.

לְרוּיִר Davidis: præfixum (ל) autorem hîc, ut alibi frequentissimè, designat, quod præsertim patet ex allegatione *Matth. XXII, 43. 45. Marc. XII, 36. Luc. XX, 42. 44. Act. II, 34.* Ut proinde ineptus sit Kimchi, ל accipiens pro בעבור vel על propter Davidem aut de Davide; [ita ut alius, quam David, psalmi fuerit concinnator,] cum tamen idem ille Rabbini hanc tradat observationem; si scribatur לְרוּיִר מִזְמוֹר indicari, quod Spiritus Sanctus super Davidem venerit, & postea demum Psalmum dixerit; si vero מִזְמוֹר לְרוּיִר significari, quod dixerit Psalmum, & postea demum resederit super eò Spiritus Sanctus. [vide *Glass. d. 1. Psal. CX, th. 48. 48.*] Quare meritò Chaldaei Judæo opponitur לְרוּיִר יְהוָה per ministerium Davidis, quod ipsum etiam aliis obvertitur meritò Judæis, (v. g. *Aben Esra,*) volentibus vel Melchisedekum, vel Eliezerum Abrahami servum, vel aliquem Davidis coartaneum conscripsisse hunc hymnum. Contra quos de usu præfixi (ל) h. l. etiam legi potest *Haberck. synt. 2. p. 204. seqq. & Schlegel. h. l. p. 63. seq. item D. Calov. annot. Grot. h. l. ubi variæ simul Judæorum sententiæ recensentur.* Cur autem LXX. reddiderint in dativò τῷ δαβίδι, exponitur à Genebrardò, *Tuclm Lippomannò* autore *Caten. apud Lorin. comm. Psal. III, f. 41.* quod h. m. psalmum Davidi à Spiritu Sanctò inspiratum dictatumve voluerint designare. confer *August. l. 17. C. D. c. 14.* de varietate isthac LXX. τῷ δαβίδι & τῷ δαβίδι in idem recidente: item *Dorsch. pentad. d. 12. §. 35.* Occasio scribendi data censetur, ut nonnulli volunt apud *Sohnium (tom. 3. oper. p. 1.)* per successus, victorias triumphosque de finitimis hostibus varios; vel potius, audita concione *Nathanis 2. Sam. 7. Cramer. schol. 1. proph. p. 195.*

מִזְמוֹר: de psalmi hujus dignitate encomia vide varia apud *Glass. d. 1. h. l. th. 1. 4.* (ex *Augustinò, Lutherò & Mollerò,*) apud *Schlegel. h. l. p. 3.*

נִכְנַח dictum, edictum vel decretum: uti vult *Waserus p. 17, h. l.* vel oraculum, juxta *Tar-*

novium. de voce hac actum *Prov. XXX, 1.* verba *Agur*, prophetia; נִכְנַח dictum *Viri ad Ithiel &c.* nimirum est hoc nomen, formæ נִכְנַח, deductum à נִכְנַח dixit, communiterque adhibetur in revelatione divinitus facta ad viros θεοπνεύστους, uti videre est ex prophetis, *Jesaia, Ezechiele, Hosea, Joële, Amoso, Obadia, Micha, Nachum, Zephaniâ, Haggæò, Zachariâ, Malachiâ,* omniumque creberrimè ex *Jeremia*, ubi formula isthac נִכְנַח יְהוָה cunctis fermè præmittitur divinis patefactionibus. Proindeque à *Dorschæò pentad. d. 13. th. 2.* accipitur pro sermone certò, fideli, fide & acceptione dignò, inter quod נִכְנַח dictum & יְהוָה credidit, elegans harmonia, (sicut & literarum identitas:) *th. 3:* id quod placuit etiam *Pelargo schol. pæn. p. 154.* quod ipsum dictum porrò non de imperio, ut volebant *Ariani, (th. 4.)* nec de æternâ filii generatione, secundum *Maldonatum,* (cujus etiam *Rivet* meminit, *h. l. p. 430.*) sed de actu divinæ sapientissimæ ordinationis interpretatur, quod Deus ab æternò, post prævisum humani generis lapsum, sanxit, ut Filius assumptâ humanâ naturâ, peractòque redemptionis in exinanitionis statu opere, sedeat ad dextram suam: *th. 4. ad 16.* (ubi simul discutitur quæstio, an incarnandus Dei Filius, etiamsi non peccasset *Adam?*) Ita *Glass. d. 1. th. 56. seq. (& post eum Schlegel p. 70. super Psalmo in hunc)* in vocabulo hoc ipso tria dicit comprehendere [1] decreti ab æternò facti sanctionem, quâ de causa etiam יְהוָה juravit, adhibeatur *vers. 4.* (confer *Ebr. VI, 17. 1. Pet. I, 20.*) [2] decreti illius in humanò genere patefactionem, quorsum etiam *Vinariens. der Herr sprach auff verborgene Weise / in dem er seinen Heiligen ewigen Rathschluß im Geist mir zeigete &c.* [3] patefacti ejusdem executionem seu complementum, cum dicere Dei sit facere. Idem quoque *th. 60.* eleganter confert τὸ Dicere Dei in prima hominis formatione, *Gen. I, 26.* & in hac secundâ hominis lapsi per Messiam reformatione. Ita *D. Hoë h. l.* quoque mōnet, in tanti regni vel monarchiæ commissione

N n n n

non